



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 61. Bellicus Gallorum apparatus contra summum Pontificem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII. delatus pari honorum significatione re-
 A. C. 1645. ceptus est.

§. LXI.

*Bellicus Gallorum apparatus contra
 summum Pontificem.*

Postquam de felici exoptatæ tutelæ
 successu fama Romæ increbuerat,
 mox Thaddæus Barberinus Romanæ
 Urbis Præfectus, omnesque Barberi-
 næ Domus amici palam Gallorum cu-
 telæ sese commiserant, suisque ædibus
 Franciæ insignia apponi iusserant, sub
 festiva acclamatione: *Vivat Francia!*
 quoniam vero Galliarum Oratores, nec
 non Papæ Nuntius, qui Monasterii &
 Osnabrugæ promovendæ paci insuda-
 bant, acrius inde utriusque partis ani-
 mos exacerbari cognoscerent, Gallico
 Senatui datis literis exposuere, „non
 „tam de ultione in Pontificem, quam
 „hujus reconciliatione cum Barberinis
 „cogitandum esse; Papam enim plus-
 „quam septuagenarium haud diu Gal-
 „lis molestum fore, Barberinis vero
 „quindecim Cardinales favere; con-
 „servato igitur horum favore & amici-
 „tia de futuro conclavi prospiciendum: „
 Nec tamen propterea Mazarinus suæ
 in Papam indignationi metas posuit:
 quocirca Pontifex comperta Antonii
 Cardi-

Cardinalis fuga, ejusdem dignitates & munera aliis Cardinalibus administranda commisit, ipsum vero interminatis pœnis severissimis in iudicium vocavit: Hæc agendi ratio plurimum displicuit Venetis, qui ab Oratore suo in Galliis agente edocti fuerant, quod Antonius in secreto quodam colloquio cum Enguinio Duce, & Gallicæ classis Archithalasso expeditionem maritimam in Italiam decrevisset: eapropter Petrum Foscarenum Romam Oratorem ablegarunt, qui Papam inter & Barberinos concordiam revocare satageret, eoquod Galli classem instruerent, non sine Principum pavore, & incremento Turcarum, qui Christianorum dissidiis freti non modo Cretam, sed & Romam invadere cogitarent. Spondit equidem Pontifex, quod Reges per suos Nuntios ad pacem & suppetias contra Ottomanos ferendas incitare vellet: verum Galli ejusmodi legationes intempestivas & præcoces fore objecerunt; eoquod, cum Oratores Monasterii jamjam de præviis pacis articulis convenissent, ex Legatione nova Parisios decernenda Protestantibus haud immerito suspicio moveri posset, perinde ac si Galli separata cum Romanis agitent consilia: de suppetiis autem contra Turcas, prior ipsemet Innocentius

Sæc. XVII.
A. C. 1645.

N 5

præ-

Sæc. XVII. præiret exemplo, cum solis verbis Bar-
 A.C. 1645. bari irritentur, non vincantur: Inter-
 rim vero urgente Mazarino Gallica
 classis, ductore Thoma Sabaudæ ad li-
 tora Etruriæ appulit.

§. LXII.

Pontificis diploma contra Barberinos.

Postquam Pontifex non modo Anto-
 nium, sed ceteros quoque ejus Fra-
 tres clam Roma excessisse intellexerat,
 ira commotus die quarta Decembris
 diploma contra Barberinos, & die de-
 cima nona Februarii adversus ceteros
 Cardinales in Principum Aulis degen-
 tes promulgavit, statuitque, ut „omnes
 „Cardinales, qui absque Pontificis li-
 „centia extra Pontificiam ditionem a-
 „gunt, sub interminata omnium bono-
 „rum & proventuum sequestratione, in-
 „tra semestre ad Romanam Curiam re-
 „verterentur: si vero evoluto hoc seme-
 „stri post promulgatum hoc diploma per-
 „alios sex menses non redierint, om-
 „nino his bonis privandi sint: illi vero
 „Cardinales, qui ante hoc diploma jam
 „se extra Romanam ditionem transtu-
 „lerant, si intra semestre non redierint,
 „in pœnam interdicti incidant, & te-
 „standi facultate, omnibusque privi-
 „legiis, & si contumaces fuerint, om-
 „nibus

„nibus
 „tur, i
 „mo I
 „Colleg
 „valean
 „excusa
 „cipum
 Hanc I
 Galliar
 suum h
 nuo ad
 philium
 variæ l
 berinos
 fatagel
 matis f
 sed ipse
 percell
 prærog
 Cardin
 hinc
 Bullæ
 in rem
 public
 hoc P
 suader
 sulto
 rit, il
 prorog
 tiam
 ipsam
 nis R